seruus eius. et principibus eius. et omni populo
eius. et uniuersis generaliter cunctis re
gibus terre ausitidis. et cunctis regibus terre
phylistiim. et ascalonis. et gaçe. et acca
roni. et reliquiis azoti ydumee. et moab.
et filiis ammon. et cunctis regibus tyri.
et cunctis regibus sydonis. et regibus terre in
sularum. qui sunt transmare. et de
dan. et theman. et buç. et uniuersis qui
attonsi sunt in comam. et cunctis re
gibus arabie. et cunctis regibus occidentis.
qui habitant in deserto. et in cunctis regi
bus çambri. et cunctis regibus helam.
et cunctis regibus medorum. et cunctis regi
bus aquilonis de prope. et de longe uni
cuique contra fratrem suum: et omnibus regnis
terre que super faciem eius sunt. Et rex
sesac bibet post eos. et dices ad eos. Hec
dicit dominus exercituum deus israel. Bibite et in
ebriamini. et uomite et cadite. neque
surgatis a facie gladii. quem ego in
mittam inter uos. Cumque noluerint
accipere calicem de manu tua ut bibant:
dices ad eos. Hec dicit dominus exercituum.
Bibentes bibetis. quia ecce in ciuitate in
qua inuocatum est nomen meum. ego incipio
affligere: et uos quasi innocentes immu
nes eritis. Non eritis immunes. Gla
dium enim ego uoco super omnes habitatores terre. di
cit dominus exercituum. Et tu prophetabis ad
eos omnia uerba hec: et dices ad illos.
Dominus de excelso rugiet: et de habitaculo
sancto suo dabit uocem suam. Rugiens
rugiet super decorem suum. celeuma quasi
calcantium in torcularibus concinetur aduer
sus omnes habitatores terre. Peruenit sonitus
usque ad extrema terre: quia iudicium domino
cum gentibus. iudicatur ipse cum omni carne.
Impios tradidi gladio dicit dominus.
Hec dicit dominus exercituum. Ecce afflic
tio egredietur de gente in gentem: et
turbo magnus egredietur a summita
tibus terre. et erunt interfecti domini in die
illa: a summo terre usque ad summum eius.
Non plangentur et non colligentur. ne
que sepelientur: in sterquilinium super
faciem terre iacebunt. Ululate pasto
res et clamate. et aspergite uos cinere

optimates gregis: quia completi sunt dies
uestri ut interficiamini. et dissipationes
uestre. Et cadetis quasi uasa preciosa. et peribit
fuga a pastoribus: et saluatio ab opti
matibus gregis. Vox clamoris pasto
rum. et ululatus optimatum gregis:
quia uastauit dominus pascua eorum. et conti
cuerunt arua pacis a facie ire furo
ris domini. Dereliquit quasi leo umbra
culum suum: facta est terra eorum in de
solationem. a facie ire columbe. et a fa
cie ire furoris domini. XXVI
In principio regis ioachim filii io
sie regis iuda: factum est uerbum istud
a domino. dicens. Hec dicit dominus. Sta in
atrio domus domini: et loqueris ad omnes
ciuitates iuda de quibus ueniunt ut ado
rent in domo domini uniuersos sermones quos
ego mandaui tibi. ut loquaris ad eos.
Noli subtrahere uerbum: si forte au
diant et conuertantur unusquisque a uia
sua mala. et peniteat me mali quod
cogito facere eis. propter malitiam studio
rum eorum. et dices ad eos. Hec dicit
dominus. Si non audieritis me. ut ambu
letis in lege mea quam dedi uobis ut
audiatis sermones seruorum meorum pro
phetarum quos ego misi ad uos de
nocte consurgens. et dirigens. et non
audistis. Dabo domum istam sicut
sylo. et urbem hanc dabo in maledic
tionem cunctis gentibus terre. Et audie
runt sacerdotes et prophete et omnis populus
ieremiam loquentem uerba hec in domo
domini. Cumque complesset ieremias loquens
omnia uerba que preceperat ei dominus. ut loque
retur ad uniuersum populum: apprehende
runt eum sacerdotes et prophete. et omnis populus
dicens. Morte moriatur. quare prophe
tauit in nomine domini dicens. Sicut sylo
erit domus hec. et urbs ista desola
bitur. eo quod non sit habitator: et con
gregatus est omnis populus aduersum ie
remiam in domo domini. Et audierunt
principes iuda uerba hec: et ascenderunt
de domo regis in domum domini. et sede
runt in introitu porte domini noue. et
locuti sunt sacerdotes et prophete ad princi